



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 7. Illustratus locus Tibulli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Ιπποντο γελοιον αργυρίοιον, αύτιαν φιλας, ὥσπερ σόδοισι με  
μέλιταις πρωτηρίουεν Θ. Sed nō dubito, quin hæc quo-  
que habuerit in scidis & aduersariis suis: in quibus  
nam pridem notauerat quicquid alij aut iam dixerant,  
aut quandoque dicturi erant.

*Illustratus locus Tibulli.* CAP. VII.

DISTICHON est Tibulli ad amicam:  
Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet antè:  
Sed videar cælo missus adesse tibi.

Cuius priorem partem interpretati sunt alij ex Plu-  
tarcho, eam videlicet Romanorum fuisse consuetu-  
dinem, ut domum ex peregrinatione redituri, præmit-  
terent, qui vxoribus nuntiarent ipsos aduentare, siue  
ut illæ se diligentius ad viros decenter excipiendos  
pararent: siue ne viri tamquam de illarum pudici-  
tia dubitantes, subito eas opprimere velle viderentur:  
siue, ut quidam alij dixerunt, ne repentina vis gaudij  
ex subito virotum adspicatu eas grauiore aliquo in-  
commodo adficeret. Sed ad posteriorem versum ne-  
mo adhuc, quod sciam, quidquam notauit, quo is illu-  
stiter fieret. Sciendum igitur est, fuisse illud vulgare  
loquendi genus, ut cælo missos dicerent, quos inopi-  
tio viderent. Neque mihi hoc credi postulo, sed gra-  
ui & eruditio scriptori Minucio Felici, qui ita scribit  
in Octauio: *In hodiernum, inopinatò visos, cælo missos;*  
*ignobiles & ignotos, terre filios nominamus.*

*Refutatum impudens & impium mendacium Petri  
Criniti.* CAP. VIII.

De rvs Crinitus Florentinus patrum nostrorum  
memoria libros aliquot scripsit De honesta disci-  
plina: de quibus in vniuersum quid sentiam, non ha-  
beo necesse dicere. Illud quidem certè negari non po-

Y 5 test, multa

## Marcii Lectio

III  
5